



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 107. Caraffæ capti, ac custodiæ dati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1560.

nio Corneo recepta fuerant, sacri collegii interventu sequestris data essent, Antonio Caraffæ Montem-bellum restitui, & contra Vitellios quasi rebelles jure agi jusserat, quantumvis renitente Cosma, qui, ne amicis tam necessario tempore deesset, existimationis suæ interesse arbitrabatur.

§. CVII.

*Caraffæ capti, ac custodiæ dati.*

Rebus ita peractis cum famæ publicæ, qua ingrati animi calumniam incurrere timebat, abunde datum putaret Pontifex, alienum a Caraffis animum deinceps præsetulit, nec quærenti difficile erat reperire occasionem castigandi ejusmodi homines, qui Pauli IV. sui avunculi decrepiti ingenio magna cum subditorum vexatione diu abusi sunt, præcipue cum populus ob recentem criminum memoriam, & major nobilitatis pars contra ipsos vehementer exacerbata fuisset, ut supra retulimus: igitur Marcus Antonius Columna, & Julianus Cæsarinus, qui Caraffarum sævitix olim expositus erat, vehementer Papam urgebant, ut a reis promeritas pœnas fumeret; cum ergo horum precibus aliunde propensus

Thuan. l. c.

Pallav. l. 14.

c. 15. n. 5. &

seq.

fus



Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

fus Pii IV. animus colluderet (\*) ea-  
propter in eos, contra quos adeo acres  
deferebantur querelæ, brevi animad-  
vertebatur, hancque in rem felige-  
tur opportunitas cujusdam, ut vocant,  
Consistorii, in quo Carolus Caraffa Car-  
dinalis, ejusque Patruus Cardinalis  
Neapolitanus adesse jubentur, cumque  
ambo hi Cardinales Vaticanum accel-  
ferant, a Gabriele Serbellonio compre-  
henfi ad arcem S. Angeli deducuntur.  
Sub idem quoque tempus Joannes Mon-  
torii Comes, qui pridie Romam vene-  
rat, captus est, unacum Comite Aliffa  
ejus Sororio, ac Leonardo Cardinio.  
Fertur Carolus Cardinalis, cum in ar-  
cem duceretur, dixisse, quam merito  
ea gratia Caraffis rependeretur, qui Me-  
dicinum

(\*) Nuper Continuator Paulum IV. ve-  
hementer fugillabat, quod Caraffis, quorum  
crudelitates, ac injustitias summopere exag-  
gerabat, indulgentior fuisset, nunc etiam  
Pium IV. carpit, eumque aliunde ad vindi-  
ctam de Caraffis fumendam propensum ha-  
buisse animum refert, cum eorum iniquitates  
plectit: Ita nempe lividorum animus est com-  
paratus, ut illorum, quibus infensi sunt, ac-  
tiones sive æquas, sive iniquas, semper ta-  
men reprehendere soleant: quænam autem  
fides est habenda ejusmodi Scriptoribus?



dicinum ad summum Pontificatus fasti-  
gium evexissent. Pariter Antonius  
Montis-Belli Marchio se sistere erat jus-  
sus, attamen sui fratris captivitatem  
edoctus fuga salutis suæ consuluit (\*).

Sæcul. XVI.  
A. C. 1560.

§. CVIII.

*Cosmas Medicæus opera Pontificis  
Soanam reversus.*

Interea Pontifex Soanam, quam Nico-  
lao Ursino Petiliano Comiti eripue-  
rat, Cosmæ Medicæo restitui jussit; Ni-  
colaus enim aliunde ob violentiam, mo-  
rumque pravitatem infamis hanc ur-  
bem in nupero bello captam veluti an-  
tiquum patrimonium suum detinuerat:  
Cosmas vero eandem utpote Senensis  
ditionis partem, atque ex fœdere ini-  
to restitutioni obnoxiam repetebat, ea-  
que

Thuan. l. 26.  
n. 5.

(\*) Hæc rursus Continuator ad verbum  
ex proscripito suo Thuano transcripsit, imme-  
rito autem Pallavicinum quoque allegavit, ex  
quo tamen totam rei gestæ seriem discere  
potuisset, ac fateri debuisset, quod Pius IV.  
non ex vindictæ cupiditate, sed ex justo deli-  
ctâ plectendi studio nequidem Purpuratis pe-  
percerit. Leges benevole Lector Pallavi-  
cinum Hist. Conc. Trid. l. 14. c. 15. n. 5. ubi  
hujus severitatis causas comperies.

*Hist. Eccles. Tom. XLIII. F f*